

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Lesung aus dem Evangelium nach Matheus

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

LIC SCAIUA SIC MATH

In illo tempore. Dixit ih̄s discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum caelorum homini regi. qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. & reliq̄.

LXXIII **SERMO BEATI HIERONIMI IN COMMENTARIO DE EADIM LECTIOE.**

Tdeo ad similitudinem est regnum caelorum homini regi. qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. Familiare est s̄ris & maxime palestini. ad omnem sermonem suum parabolas iungere. ut qd̄ per simplex praeceptum teneri ab auditoribus non potest. per similitudinem exempla q̄ teneatur. Precepit itaq̄ petro sub comparatione regis. & dñi & serui. qui debitor decem milium talentorum ad dño rogans ueniam inpetrauerat. ut ipse quoq̄ dimittat conseruis suis minora peccantibus.

Si enim ille rex & dñs seruo debitori decem milium talentorum tam facile dimisit. quanto magis serui conseruis suis debent minora dimittere.

Quod ut manifestius fiat. dicamus sub exemplo. Siquis nostrum commiserit adulte

rum. homicidium. sacrilegium. maiora crimina. decem milia talentorum rogantibus dimittantur. si & ipsi dimittantur minora peccantibus. Si autem ob factam contumeliam simus implacabiles. & propter amarum uerbum perpetes habeamus discordias. nonne nobis uidemur recte redigendi in carcerem. & sub exemplo operis nostri hoc agere. ut malorum nobis delictorum uenia non relaxetur.

Oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta.

Scio quosdam istum qui debebat decem milia talentorum diabolum interpretari.

Cuius uxorem & filios uenundandos. per seuerante illo in malitia. insipientiam & malas cogitationes intellegi uolunt. Sicut enim iusti uxor dicitur sapientia. sic & uxorem iniusti & peccatoris appellari stultitiam. Sed quo modo ei dimittat dñs decem milia talenta. & ille nobis conseruis suis centum denarios non dimiserit. nec ecclesiasticae interpretationis est. nec apud prudentibus uiris recipiendae.

Sic & pater meus caelestis facit & uobis. si non remiseritis unus